

maris, Idē. Pæantidis species est aquæ
 glaciata, Plinius. Iaspis quædam si-
 milis est aquæ glaciei, *λευσάμας ὕδατι*,
 Epiphanius. Iaspides omnes in vitio
 cœruleæ aut crystallo similes sunt, Pli-
 nius. Græci quidem & gemmā & gla-
 ciem, crystallum vocant. Specula-
 ris quoq; lapis candidus, (nam & ni-
 ger inuenitur, & mixtus,) glaciem re-
 præsentat, vnde nomē ei Germani fe-
 cêre, *Unser Frauen eyß*. Hoc cum Iu-
 lianus Cæsar (inquit Agricola) in gla-
 cie fluuij Sequanæ animaduertisset,
 eam similem esse scribit lapidi Phry- Phrygius.
 gio. sic autem vocat Specularē, quòd
 in Phrygia reperiatur. quanquam &
 in alijs multis regionibus. Sed alius
 quoq; Phrygius dictus lapis est, gleba
 pumicosa, &c. Onyches aliqui di-
 cunt *ὄνηκες ἀταίνου πεπληχθαι*, Epi-
 phanius: mihi deprauatus is locus vi-
 detur. Stiria dicuntur, quæ ex aqua Stiria.
 congelata hyeme à tectis dependent.
 Lapidēs quidam & succi concreti,